litteras conscribi et Sigilli maiestatis nostre munimine iussimus Roborari Dat
mediolani vigesimonono die mensis Iullii decima Indictione Anno domini
Millesimo Trecentesimo vigesimoseptimo Regni vero nostri Anno tertio 1327
decimo. Et ego Hermanus de lichtenberg Imperialis Aulle cancellarius vice dni
henrici colonien Archiepi per ytalliam Archicancell Recognovi manu propria
ssi :.

Mailand :
Biblioteca Trivulziana | cod 1507 | 6

In nomine sancte et Individue trinitatis Conradus divina favente clementia i lib° fo 4
Romanorum Rex secondus. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris Regni
nostri fidelibus. Quod nos hominibus de Frucllis grasso pro servitio scilicet fotro
quod nobis nostrisque Successoribus Regibus seu Imperatoribus in adventu nostro in
Ittalliam persolvere debebant hunc modum statuimus ut sex marchas pro fotro nobis
nostrisque successoribus Regibus seu Imperatoribus in adventu nostro persolvant
ne aliquis Successorum nostrorum hunc modum augere vel inbeneficiare presumat
huius nostre concessionis statutum, Regia auctoritate, et previllegii nostri contestitione
firmiter et Indissolubilliter confirmamus, Testes quoque in quorum presentia hec
acta et firmata sunt subtus anotari fecimus. Quorum nomina hec sunt Bugeo
wormaciensis epus Burchardus argentinensis episcopus Gunther spirensis epus Sigefredus
wirzeburgensis epus Anselmus havelbergensis Epus Fridrichus dux suevorum
Cunradus dux Brugondiorum, hermanus pallatinus comes de renu Conradus
marchio de saxonia Adelbert marchio de saxonia Comes udalric de lezburc comes
berenher de baden, et allii quamplures Signum domini Cunradi Regis secondi



Ego cancelarius Arnaldus vice Henrici magontini

fol. 3v–4
1311 März 31